



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et Principis Monasteriensis Decas

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

88. Belligerantium utrinque industria pro suppetiis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

1665. cesserat, magno partium detrimento. Sed
 Ordines utiliore tunc Reip. *Brandenburgicum* Electorem rati, utpote vicinum, potentem, armatum; in foedus cum eo ferendum, uti quotidie procliviores, ita neglectis quamdiu *Lunaburgicis*, omnes propè curam in id convertebant. Quas haud parum intendisse visa est suspicio Batavis, ex hoc nam quod *Linga*, aliisque ditionibus Principis *Auriaci* Monasteriensis Antistes parceret, ea propter cum *Brandenburgico*, veluti Tutore, nec semel à Batavis offenso, secretam colere societatem crederetur.

88. Sed & suppetiæ à *Danis*, à *Suecis* pari Britannorum, Batavorumque industriam sollicitabantur, ut vel obtinerent ipsi promissas, aut praeperirent in aliis desperatas. Quem ad *Christophorum Bernardum* ex Anglia ablegaverat Carolus Rex, salutatis exin *Lunaburgicis*, aliisque Imperij Principibus, ad ipsum denique Caesarem progressus, auxilia Monasteriensi implorabat. Et quanquam *Christophorus Bernardus* missio jam antè *Oenipontina* (quippe *Leopoldus* Imperator, ab obitu *Sigismundi Francisci* Archiducis, devolutam ad se *Tyrolina* adierat) *Georgio Christiano Hasso-Homburgensi*, parem æmulatione Gallorum sperabat, sponsam ab Austriacis operis frustra tamen eventus docuit expectasse. Intercecidit namque Hispani Regis *Philippus*

quarta mors, Monasteriensi ferè non fatalis: 1665.
 quæ & inopinatio distraxit Cæsaris animum,
 & si quos ab aula *Madritensi* sperare licuisset
 favores, pariter extinxit.

Suecorum auxilia postulantibus *Holmiæ* Ba- 89.
 tavis, ceu lege societatis debita, Regis nomi- *Suecia à*
 ne responsum est: uti placita fœderis Ord- *Batavis*
 nes nunquam observâsse, ita nec hodie ad præ- *aversa.*
 standam subsidia *Sueciam* obligari. Et quo
 ea tunc animo erga Batavos ferebatur, testis
 est hæc epistola, quam paulò ante bellum Mo-
 nasteriense exaratam Ordinibus Rex *Suecia*
 destinârat.

Carolus DEI gratia Suecorum, Gothorum,
Vandalorumq; Rex & Princeps Hereditarius
&c.

Celsis & Præpotentibus, Nostris bonis ami-
cis, ac fœderatis, Dominis Ordinibus Genera-
libus Fœderati Belgij salutem & prosperos re-
rum successus. Per Residentem vestrum hic
dagentem accepimus litteras eas, quibus Nobis
recensetis lites & similitates inter Serenissimum
Magna Britannia Regem & vos exortas ita
accrevisse, ut injuriam exinde & hostilitates,
Vobis non modo extrâ, sed etiam intra Euro-
pam illatas esse, pluribus interpretemini; à
Nobis requirentes, ut illud auxilium, quod Vo-
bis ut sociis debetur, & quod alias, occasione ob-
latâ, dare parati fueritis, vi fœderis præstetur.
Proinde ut amice Vobis respondeamus, fatemur
 per-